

PRAELECTIONES
PUBLICAS ET PRIVATAS
AESTIVIS MENSIBVS SVSCIPIENDAS
RECTOR
ACADEMIAE GISSENAE
IO. ERNEST. HOEPFNER

IVRIVM D. ET P. O.

TOTVSQVE
SENATVS ACADEMICVS

INDICIT

ET AD EAS DILIGENTER AVDIENDAS
CIVES ACADEMIAE
GENEROS. ET NOBILISS.

PERAMANTER INVITAT

D. V. APRIL. CIO MDCC LV.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

G I S S A E,
TYPIS EBERH. HENR. LAMMERS, ACAD. TYPOGR.

488



In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Ordinis sui Senior & h. a. Decanus.

In *historia dogmatum*, per universam Theologiam, superiore semestri *publicis lectionibus* tradita, hora VIII. perget, & alternis vicibus in praeclaram Viri summi, IO. WOLFFGAN- GI JAEGERI, tractationem, *de foedere gratiae, ejusque Oeconomia*, sub septem veteris & novi testamenti periodis, commentabitur, potiora momenta in calamus dictaturus, perpetuoque discursu illustraturus. *Privatim Theologiam dogmaticam*, duce BAIERO, methodo sibi consueta, hora II. continuabit, & hoc ipso, quod nunc ingredimur, semestri ad finem perducere studebit. *Exercitium quoque disputatorium* in Syllogem controversiarum Fechtianam, separatis quibusdam horis persequetur, ut ansam suppeditet sanctoris disciplinae cultoribus, & uberi-

†

us

us confirmandi ea, quae audiunt & legunt, & cognoscendi, quantum profecerint, quidque adeo valeant humeri, quid ferre reculent.

D. IO. HERMAN. BENNER,

Publice, vel *iuris ecclesiastici* potiora tradet, vel, pro tempore facturus, Romanae ecclesiae errores ostendet ac redarguet. *Privatim* pertextet telam *theologiae dogmaticae*. Et hora alia *theologiam practicam*, more consueto exponet. Alia partibus lubenter annuet.

IO. GODEFR. ZENTGRAV,

SS. Theolog. Prof. publ. extraord.

Publice Hermenevticæ sacrae præcepta denuo tradet: *privatim* vero Historiam Ecclesiasticam & Veteris & Novi Testamenti recitabit.

In Facultate Iuridica.

D. FRANCISCVS IVSTVS KORTHOLT.

Publice praelectiones in *Illustris MASCOVII ius feudorum* absoluet. *Privatim digesta*, duce BOEHMERO, de integro interpretabitur,

D. GOTTLÖB AVGVSTVS
IENICHEN.

PVBLICE interpretabitur *Institutiones* ad ductum *Elemento-
rum* HEINECCIANORVM abs se emendatissime edito-
rum. **P**RVATIM *Collegium Institutionale* praeterita hyeme
coeptum, sed morbo eius interruptum, breui ad finem per-
ducet. **P**RVATISSIME denique *Ius Cambiale* tradet, *Ordi-
nationem Notariorum* MAXIMILIANI I. recitationibus suis
illustrabit, & commodissimam uiam ac rationem *Acta iudicia-
lia referendi* sincere ac fideliter monstrabit.

D. IO. ERNEST. HOEPFNER.

h. t. Academiae Rector.

Publice *Ius Criminale* exponet & illustrabit. **P**riuatim **B.**
BOEHMERI *Ius Digestorum* interpretabitur & expla-
nabit.

D. CHRISTOPH. LVDOVIC.
KOCH.

Praelectiones in *Pandectas* secundum ordinem **B. BOEH-
MERI**; vel in **B. HEINECCII** *Element. Iuris secund. ord.*
Institut. pro arbitrio **Dnn. Consilii.** instituet.

In Facultate Medica.

D. GERARDVS ANDREAS
MÜLLER.

In instante semestri collegia sua iam iam incoepa ad finem deducet, ichnographiam totius artis medicae delineabit, ex chemicis doctrinam de salibus exponet, denique etiam, & sanitatis suae conseruandae causa, & in vsum sedulorum suorum auditorum excursiones botanicas haud raro instituet.

D. IOH. CAROL. VOIGT,

Quae in chirurgia duce celeberr. PLATNERO & in splachnologia praeunte celeberr. HEISTERO supersunt, sedulo explicare perget. Physiologiam vel materiam medicam, prout N. D. Comilitones affectant, plantasque praesertim officinales enodabit.

In Facultate Philosophica.

IO. LVDOVICVS ALEFELD,

Philos. Prof. primar. & alumnor. Ephorus.

Morem suum seruaturus *Philosophiam naturalem* uniuersam publice rursus tradet, iunctis, ubi opus fuerit, praecipuis experimentis: nec *disputationes* priuatas in selectas theses philosophicas debito studio urgere desinet.

ER-

ERNESTVS THOM,

Prof. mor.

Partes reliquas iuris naturae, quae ex institutionibus Wolfii interpretandae sunt, persequetur & absoluet, idem a principio explicare instituet, & philosophiam moralem siue ethicam illustrabit. De iis quoque, quae in iure naturali tradita sunt, certa hora percontabitur & cum auditoribus differet.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Math. P. P. O. Fac. Phil. p. t. Decanus.

Logicam hora VII. *metaphysicam* h. VIII. matutina, *mathesin puram* tempore auditoribus commodo docebit; lectiones priuatissimas continuabit, nouasque desiderantibus non deerit.

D. CHRISTOPH. LVDOVIC.
KOCH.

Historiam Imp. Rom. Germ. duce Conf. SCHMAVSSIO denuo praeleget, eique, vel *Historiam Regnorum Europ.* ex delineatione Conf. GEBAVERI, vel *Historiam patriam*, iunget.

PHIL. NIC. WOLF,

Prof. LL. OO. ordin.

Publice artem accentuatoriam, (de qua D. SALOMON DEYLINGIUS, magnus Theologus, in praefat. ad DACHSELIi biblia accentuata, *beneficium hoc diuinum*, inquit,
citra

citra iniuriam & IRAE DIVINAE PROVOCATIONEM sperni ac reici nequis, & cuius summam utilitatem ad textus Ebraici veram intelligentiam ipse CAPELLVS arcan. punct. reuelat. pag. 747. alias hostis diuinæ originis, agnoscit;) duce WEIMARO, simulque linguam Chaldaicam; Privatim linguas Ebraeam atque Graecam docebit, illis, qui linguae Syriacæ dare voluerint operam, non defuturus.

IOH. GODEFR. ZENTGRAV,

Eloquent. & Poëseos Prof. publ. ord.

Per pauca sunt, quae in HEINECCII fundamentis stili cultioris restant exponenda, hæc vero propediem, separatim aliquot horarum spatio, penitus absolvet: novas insimul, easque publicas in *Eundem Auctorem* prælectiones ineunte hoc semestri ordietur. Privatim *Aeneidos Virgilianæ* explicationem suscipiet; atque insuper, si qui adfuerint harum rerum cupidiores, Artem dicendi secundum principia GOTTSCHE-DIANA edocebit: Nec privatissima desiderantibus operam suam denegabit.

Praeterea generosis ac nobilissimis academiae ciuibus praesto sunt magistri peritissimi, publice constituti, qui *artem equitandi, gladio pugnandi & saltandi*, itemque *linguam Gallicam atque Italicam* tradunt.

